

ne divina naturalis. Hoc enim postular vox την Φύσει: Fecerunt Genes, quae legis sunt, non tam parentum, aut majorum suorum institutione, sed potius Φύσει i.e. naturae ductu sine externa aliorum informatione, & absq; Speciali divina revelatione forinsecus accedente. Sic Φύσις illa nos docere afferitur, quæ nemo aliis nos docet per institutionis, quotidiana modum I. Cor. XI. v. 14. nosq; illa Φύσις sci-  
re prohibemur Judæ v. 10. qvæ non demum, per vocalem aliorum informationem, sed per inscriptionem naturalem in cordibus sci-  
mus. Qui ostendunt, inquit Apostolus v. 15. opus legis scriptum esse in cordibus suis. Non nudè dicit νόμον sed τὸ ἔργον τοῦ νόμου i.e ipsam legis rem & sententiam esse scriptam (Scriptione non spirituali, de qva Jeremias cap. 31. v. 33. & Hebr. 8. v. 10.) sed naturali v. 14. in cordibus Gentium, non tantum adulatorum, sed & infantum, qvia natu-  
ra est inscriptum, qvæ & infantibus competit. Nam γένος &  
γένην νόμος, itemq; γνωστὸν γένος, & γνωστὸν νόμος in cordibus inti-  
me cohærent, & uti γένην νόμος in cordibus est Φύσις, ita ut ab  
ipsa nativitate nobis insit, sic & γνωστὸν γένος connatum est. vid. Ex-  
cellentiss. Dn. D. Qvenstedii System. pag. 251. & 252. loc. III.

§. 2. Idem agnoscunt libri nostri Symbolici; Sic v.g. in Apo-  
log. Aug. Conf. Art. 18. pag 218. dicitur; Humanam rationem posse lo-  
qui de Deo, exhibere DEO certum cultum exerno opere. Qibus sa-  
nè indicatur, rationem sibi relataam, seu per vires luminis naturæ  
de DEO, ut existente, & colendo, conceptus veros sibi met forma-  
ta, & sic DEum cognoscere. In Formula autem Conc. declar solidæ  
p. 657. expresse dicitur, humanam rationem seu naturalem intellectum  
hominis habere aliquam notitiae illius scintillulam reliquam, quod sit  
DEus. & particulam aliquam legi tenere. Et qvanquam scintillula  
ista notitiæ illius obscura dicatur, tamen non nulla esse dicitur, sed  
tantum respectus habetur ad intellectus nostri infirmitatem,  
qvam, prout actu est in hominibus post lapsum non raro exserat  
Conf. Catech. Maj. Luth. in Artic. I. pag. 489. seq.

§. 3. Qvod DEus sit unus in Essentia probatur tam ex Veteri  
Deut. 6. v. 4. Audi Israel Jehova & DEus noster אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ Jehova אֱלֹהֵינוּ  
Unus est. Qvod dictum Mosaicum Christus repetit Marc. XII. v.  
29. Item cap. 4. v. 35. Esa. 44. v. 6. Ego primus, & Ego novissimus, &  
absq; me non est DEus; qvam ex Novo Test. I. Cor. 8. v. 6. Nullus est  
DEus